Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 243
Quelle:
Copyright:

O flos ſcriptorum ſalue bene uate (ſic) *magiſter.*
Nunquam tetrorum te terreat ordo ſiniſter.

Ad oram inferam Codex quondam fuiſſe dicitur *Plebani in Auczeſpach.*

CLVIII.

U. 17 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 303. f. per duas columnas probe ſcriptus, rubricis diſtinctus, atque a memorato *Thoma de Wuldersdarff* Collegio Ducali *Viennae* 1478. teſtamento legatus, eſt Pars I. *Poſtillarum Nicolai de Lira* O. M. *in Novum Teſtamentum*, ſeu IV. *Evangelia.* Titulus miniatus: *Commendacio legis ewangelice.* Initium: *Quatuor facies uni. Ezech. primo. Sciendum quod ſcribit beatus Gregorius* &c. Ad oram infimam calcis: *Explicit Nic. de lira ſuper ewangelia 20. die maij anno 1454.*

CLIX.

U. 418 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 264. f. maj. per duas columnas ſaepe ob ſcripturae differentiam ſubdiviſas exaratus; Textus enim character grandis eſt, Gloſſae minor, rubricis ornatus, et Ducali Collegio relictus legato *Thomae Haſelbachii* noſtri eſt Pars *prior Expoſitionis, Catenae, Continui*, ſeu *Gloſſae* a *Thoma Aquinate* in IV. *Evangelia* e PP. Dictis congeſtae complexa *Matthaeum* et *Marcum. Matthaeus* dicatur *Sanctiſſimo ac reverentiſſimo patri, domino urbano diuina prouidentia papè quarto*, et incipit: *Fons ſapientie unigenitum dei uerbum* &c. *Marcus* vero *fol.* 199. *Reuerendo in chriſto patri domino anibaldo baſilice XII. apoſtolorum uenerabili presbitero cardinali*, hoc initio: *Rerum opifex deus ſolo ſue bonitatis intuitu* &c. Utraque *Catena* integra, prout extat Edit. *Rom. Opp. Thomae* 1570. T. XV. et *Pariſ.* 1660. T. XVI.

CLX.

Codex membraneus lat. Sec. U. 419
XIV. Folior. 276. f. maj. ejusdem rationis cum praecedente, cujus eſt Pars *poſterior*, *Lucam* et *Johannem* exhibet, et prior quidem plenius incipit, quam Bibliothecarii Ord. Praed. T. I. p. 326. indicaverunt: *Inter cetera incarnationis chriſti miſteria, que yſaias propheta diligenter et apte prenunciat, dicit: Induam celos tenebris* &c. Alter vero *fol.* 153. *Diuine uiſionis ſublimitate illuſtratus yſaias propheta dixit: Vidi dominum ſedentem ſuper ſolium* &c. Igitur nec hic rite retulerunt dicti Bibliothecarii, quos ceterum de Operis hujus ob praeſtantiam *Catena aurea* dicti, et jam inde ab anno 1470. ſaepius prelo ſubditi hiſtoria conſules.

CLXI.